



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Candela Sexta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

Actuū. IO. Nulla erit differentia inter beatos, sed erint omnes equales, et tolletur decor celi, cū ordo sit decor vniuersi, et poterunt iumenta esse in celo, suxta illud psalmi. 35. peruerse intellectum, homines et iumenta saluabis domine, quemadmodū multo tiplicasti misericordiā tuam deus. Absint hec. **O**rdo pulcherrim⁹ scđm diuersitatem multorū erit in sanctis dei, de quo loqtur apostol⁹ Paulus. I. Corint. 15. Alia claritas solis, alia claritas lune, et alia claritas stellay. Stella enim a stella differt, in claritate, sic et resurrectio mortuoy.

NOX

.VI.

Verum quia libros doctoris Lutheri (tametsi bona scribat) charitas uestra floccipendit, mitto uobis libellū, paruum quidem, sed consolatoriū tamen, quem sano quæso intellectu s̄epius q̄; perlegatis, **O**mnen spem uestrā atq; fidutiam collocetis in C H R I S T I satisfactionē ac misericordiam.

Landela Serta.

CEx quo libri Lutheri heresibus, maledictis, et blasphemis pleni sunt (et si interdum veꝝ aliqd p̄tineant, qđ tamen veꝝ de purissimis fontibus sanctorum doctorum haurire possumus) non licet libros illos legere, cū sint interdicti a vicario Ch̄fi, cui ob edire ois Christianus teneat. Proinde hec prohibicio emanauit, quia mors anime legēribus imminet propter perfidiam, quam abundantissime in eis effudit. **N**em cibū intactū conuiuereliquerent, cui venenum immixtū diceref, ne moreretur in corpore, qđ omagis vitare deberent priue dei, cibū animē intoxicatum: ne moriantur in anima, qualis est omnis doctrina heresi respersa, et libri Lutheri. **O** quotsant mortui in anima, qui preceptum contemplaverunt, et veritatem cibum anime comedérūt. **Q**ui vero talem cibum discernere norunt, et vt ceteros et seipso custodiant Lutheri libros legunt, non ce-

penitentia legere prohibiti, quia faciunt qd^s Christi ut
carius intēdit. De libello qui dicitur mihi missus,
nihil mihi constat, nec recepi eū, ideo non possum
eum dijudicare. Sequitur sexta hac i nocte de spe
& fiducia collocāda super Christi satisfactionē & mi-
sericordiā. Sane ita facienda est: ita tamen, qd nō
negligamus etiam nos satisfacere leso deo vel hos-
mini, & operemur que iussa sunt nobis, quia de^da
bit vnicuiq*s* iuxta opera sua psalm. 61. et non scdm
opera vel satisfactionem Christi, per cuius tamen
misericordiam nra sunt opera meritoria, sed etiam
nos ipsi misericordie opera impleamus, vt nobis mi-
sericordia fiat, iuxta illud Matth. 5. Beati miseri-
cordes, quoniam ipsi misericordiā psequētur. Quia
deficientibus his operibus, Jesus pro nobis cri-
cifixus, & misericordissimus & iudex iustissimus di-
cturus est: Discedite a me maledicti in ignem eten-
num, qui paratus est diabolo & angelis eius, Matth.
25. Frustra innititur satisfactioni & misericordie
Christi, quisquis sine gratia & sine charitate fuerit
ac sine bonis opibus, quia Christ⁹ reiicit talem,
nec suam satisfactionem nec opera nec misericordi-
am cōmunicabit eidē, saluis his q̄ supra dicta sunt.

NOX .VII.

Nam si Iudas uel suspensus, pro uenia peccatorum,
et pro gratia deum orasset, absq; alia quavis satisfacti-
one impetrasset. Deus bonorum nostrorum non egit. No-
bis uero ipsius merita & fuerunt & sunt semper neces-
saria. Ipse nemini (quamlibet peccator sit) ueniam petenti
negat. Si quidē omnes nostrae infirmitates illi perspicue
sunt, quippe cui ab aeterno clarius quam nobis cognitae
sunt omnia. Vt illi qui eius gratiae diffidit: & cōtrā, fe-
lix ille peccator, qui propitiationem flagitās, prorsus ni-
hil de misericordia diuina desperat. Reliquum est quod
oro, charitas uestra hec scripta boni consulat. Evidenz